



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

116 [i.e. 118]. Edictum Reg. Tu[n]ch. in Christ. infame.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

117.  
Generat<sup>is</sup>  
duorum  
Christ.

indictam mihi tam barbatam & præcipitem fugam, vix ut licuisset, media eorum partem de peccatis audire. Inter haec Matthias ut erat in vinculis pergebat annuntiare Christi legem, & ignominiae illatae patientia hilari, & amore, palam ethnicis facere cuiusmodi esset lex quam profitebatur, quoad tandem lictores, audire illum diutius tarduit, suffubusque dicentem abrupere; quibus excipiendis Antonius qui vinculus adhuc tenebatur se medium iniecit, & hunc cæditis ait, quod Christianus sit: sum & ego pariter Christianus, si plagas quas ei infligitis (quod rogo plurimum) non lubet in me omnes conuertere, parte me saltem quæ mihi debetur, nolite frustrari. Non fuit hic opus verbosis precibus, unus Ministrorum detractam, quam ut mos Christianorum est gerebat in manica crucem multis, & durissimis ictibus in os, vultum, & pectus impingit, gemente multum Antonio, salutis instrumentum dedecorari tam indigno vsu. His Mandarinae filius cum superuenisse, ex Antonio quæsivit, quod suum ob scelus tam male haberetur? ego Dei amore, inquit, eiusque legis sanctissimæ benè ac bellè quæ Dei est gratia habeor; quod sarcasmo exceptum ab idololatria, magno ardore suadere Antonius instituit, illudque Christi fusiis enarrare, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Verso dehinc ad astantes sermone in cælorum Regnum, & ineffabilem Dei præstantiam se latius efferte, quibus teneriter affectæ que aderant honorariæ aliquo ex palatio puellæ, libertatem illi & socio à Mandarina impetrarunt, & multa commendatione probitatem illorum apud ipsam laudarunt; voluit tamen adnotitos in posterum saperent; emendaréntque præterita; quibus illic, utramvis in partem quicquid accideret parati, respondent intrepide; malorum esse emendationem non recte factorum. Quale certò esset quod verabat, diuina legis præconium; quam cum essent amplexi, eius necessitate perspicue cognita, non posse illam absque piaculo alios celare; lictores patrum responsis attenti ambos soluunt, *gaudentes quoniam digni habiti essent pro Iesu nomine contumeliam pati.*] Huc usque Maiorica, cuius in Engheana Provincia, quinquennis, & vagæ expeditionis fuit idem tenor alternantium malorum & bonorum; consolationis & doloris inuicta semper animi firmitate, & constanti laborum perseverantia. Sed enim Septembri huius anni consternatus est immanni spectaculo; mare fines egressum eluizione improvisa pagos obruit adiacentes, ædes sacras, multosque Neophytes, quos exceptit post paulum à Rege furioso terribilior tempestas; edictum infame octaua luna hoc est mense Septembri promulgatum, quo Christianos colluiciem hominum vilem, flagitosam, nullius pretij & famæ nominabat; verabat quenquam ad eorum sectam accedere; Catechistis exilium ab aula indicebat; iubebat ab regionariis Praefectis inuestigari Christianos, nisi professione abiurata patrios cultus repeterent, capi, vinciri, tribunalibus fisti puniendos. Procella huius incitator ventus, flatus pessima Regis concubinæ. Annonz angustias,

118.  
Edictum  
Reg. Tach.  
in Christ in-  
fame

angustias , aliquot mensium induxerat siccitas , & famem sementis minabatur , ad extorquendam pluiam decretum publicè nomen Buæ mutare Tunchini scilicet Regi legitimo , qua mutatione viuetsam credunt mutari naturam , nec eis aliud in metu clodium publicatum medium certius . Addebat huic Bonzij solennia supplicationum , & detracta suis altaris simulachra cum circumstulissent , nunc unum , eras altetum sub dio relinquebant , ut eorum aspectu iratum ccelum placaretur . Ex iis unum graui astro fæcum notauit furifer , noctus que male custoditum , admolitus est Deo suo manus , & ventrem illius , cultorum simplicium ut mos est ditatum liberalitate affatim vacuauit . Reus sacrilegij eiusdem ethnicus iis ipsis diebus damnatus fuerat , huius tamen crimen nullo examine , nullis in sitiis in Christianos idcirco conjectum est quod aduersarentur cultui idolorum ; deferuntur à Bonziis ad scelerata meretricie ; ab hac ad Regem cum femineis querelis , & lamentis ; causa indicta Rex , & intacta belluina vomit præcipit atque sententiam , quæ solenni mox aduersus Christum , & eius cultores editione sanctitur . Patres debilium lapsibus occursum defensionem Veri , & famæ Christianæ solidam in lucem mittunt ; altera in modum epistolæ fideles horrantur ut Regis odio , & crudelitate Ministrorum in rem suam prudenter ad meriti cumulum vterentur , qua sanè adhortatione , ab aula semoti potissimum egebant , ut magno suo cum dolore sensit P. Maiorica in Provincia Enghæana . Vbiique ramen fuere ingenti animo non pauci ; plures ignauo , & inertti , quod ferè vsu venit in his aduersus Ecclesiæ procellis . Atque hinc nostris integratus labor ad reconciliandos Deo lapsos .

Verum enim vero dum passim Ministri saeuunt in Provincia Enghæana , & Tigno in Christianos , & ædes sacras , impietatem Regi suam , cuiusque idolis repedit Deus grandi cum fœnore . Checium regni sedes , nocte una quæ Februarij sequentis duodetricelimum præcessit , incendio perit , haudquaquam fortuito , sed ab hoste Rege Cocincinæ , paucorum periculo emissariorum , iniecto , ut hostem qui cum belum gerebat , potentissimæ ciuitatis , & opulentissimæ præsidio nudaret ; ex ea enim paucis horis præter fumum , & cinerem nihil superfuit . Arsis numerus elephantorum ingens , & multa equorum millia qui per inuolutum flammis grassantibus populum furentes , inferorum speciem ignium , & peccatarum horrendo spectaculo exhibebant . Palatium cum gaza regia ; cum idolis templo ; cum cœnobiis Bonzij paucis exceptis consumpti sunt . Extincto vix igne purgatur solum , noua Checium designatur , surgiturque breuissimo tempore deletæ similis ; materia scilicet ut in ruinam sic in fabricam faciliter . Rex ea mollitus regiæ urbis clade , longeque nunc erga nos diuerlus , solum nobis construendo templo , & domui offert , & stationibus duabus multum inter se distantibus , vastam illam urbem Societas sub anni finem obtinuit , quo P. Antonius Barbosa , & Fælix Morellius ad eam appulerunt , ceterum hic annus .

P.P.p.

119.  
Rex Tunchi  
in Christi  
reliquiis .